



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Iuliana Virg. 19. Junii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

392 VITÆ SANCTORUM. 19. Junii.  
micitum tuum haberet corpus ! Audi or-  
bis. Cæsaris anima non credidit augu-  
stiū se posse habitare, quām in religiosi  
hominis corpusculo. Ex Brev. Rom. & Sur.

Mors non miseratur in opiam, non divi-  
tias reveretur : non generi cuiuslibet, non  
moribus, non ipse denique parcit ætati: nisi  
quod senibus in januis, adolescentibus in  
infidiis est. S. Bern. I. de Pers. sustin. c. 4.

S. IULIANA VIRG. 19. Junii.

Nimirum etiam hæc rosa Florentiæ  
debebatur, ubi ordo Servorum VIRGINIS floret. O aulæ mancipia ! quid ad  
hæc VIRGINIS servitia vos ? eja dis-  
cite saltem honestam servitutem servi-  
re, neque Virginem erubescite Magi-  
stram in eâ arte habere, qui Palladem  
*Mariam* salutatis. Fuit IULIANA è  
nobili familia ( Falconeriam dixerunt ) sed  
in servitium *Mariæ* à teneris abducta.  
Hebdomas illi sic agebatur, ut feriâ IV.  
itemque VI. ob Christi patientis memo-  
riam nihil omnino cibi ; sabbatho pa-  
nem tantum, & fontanam admitteret.  
Interea tamen animum cælesti pane pas-  
cebat, pincernis oculis meras lacrymas  
affudentibus ; Christi tormenta quām  
altè animo infixa gestarit, mors proba-  
vit, quæ in aduerso pectore manifestam  
Servatoris à cruce pendentis imaginem  
ostendit, utique illi similem, quam vi-  
disses,

19. Junii. VITÆ SANCTORUM. 393  
disses, si cor inspexisses. Cætetum mul-  
tis jejunis exhausta stomachi dolores  
contraxit ingentes, & ultimam ciborum  
nauseam. Et verò terrena, ut quæ nun-  
quam illi sapiebant, facile neglexit; at  
divinum cibum cùm sic ægra non posset  
accipere, fame scilicet crecebatur ante  
mortem moritura. Voluit tamen in con-  
spectum afferri Angelorum ferculum,  
saltem ut oculos familiæ pasceret. Nec  
contenta jussit pectori applicari. Tum  
denique inter risum blandum expiravit,  
& ut scires saturam abiisse à mensa sacra,  
nihil ex epulo sacro reliquum esse visim  
est. Ex Ferrar.

Scit quicunque sensum Christi habet,  
quantum pietati Christianæ expedeat,  
quantum Dei servum & servum Redemp-  
tionis Christi deceat, unâ saltem aliquâ diei  
horâ Paßionis & Redemptionis ipsius recog-  
lere beneficia. S. Bern. l. de Vit. solit.

S. MICHELINA. 19. Junii.

Aborabat MICHELINA Pisauren-  
sis eodem, quo matres pleræque,  
morbo, impotenti erga unicam prolem  
affectu: ei medicinam facere Syriana  
piissima femina cùm vellet, totumque  
contubernialis amorem Creatori affigere,  
diu frustra fuit: donec inter preces Mi-  
CHELINA immutata, animo ausa est cum  
Deo pacisci, si filii curam in se receperisset,  
nihil